

Privilegium scultetie ville Osno, Osznice etc.  
à Gerardo episcopo Wladislaviensi datum.

In nomine domini amen. Noventis universi ad quos pervenit presens scriptum, quod nos Gerardus Dei gratia ecclesie Wladislaviensis episcopus cupientes in omnibus nostre ecclesie meliorare proventus, habito sufficienti fratrum nostrorum capituli Wladislaviensis consilio pariter et assensu, hereditates nostras Osno, Osencze, Wichrowicy et Rudniki, in unam has omnes hereditatem, quam uno nomine Osno vulgariter nuncupari volumus coniunctas, discreto viro Olbrachto quondam Stibory, nostro de Racrand sculteto iure Magdeburgensi sub ea ordinatione que sequitur, exposuimus ad locandum, ita videlicet, quod eidem sculteto ratione locationis, decimum mansuum liberum à censu tantum et non à decima, et suis posteris legitimis jure hereditario in perpetuum pacifice possidendum dedimus, et conferimus per presentes. Præterea incole hereditatis nostre predictæ de mansis incultis et extirpandis quatuor annorum gaudebant omnimoda libertate, infra quos tamen annos de extirpatis et cultis, decimam nobis solvent, quibus annis evulsis predicti incole de quolibet manso medianam marcam Thuronensium denariorum, ratione census in festo beate Marie, et decimam integraliter in campo tempore messis, ac linum decimale suo tempore nobis et nostris successoribus quolibet anno solvere tenebuntur, quem censum totum prefatus scultetus noster tenebitur exigere, et nobis integraliter assignare.

Item



Item predicto nostro sculteto et suis posteris, taber-  
nam liberam in predicta nostra dedimus hereditate.  
Præterea dictus scultetus iure Magdeburgensi iudi-  
cabit causas magnas et parvas, que in eiusdem scul-  
tetie ipsius terminis causabuntur, hoc addito, quod  
in causis præcipuis et colloquiis, noster procurator vel  
nuntius generalis seu specialis, quem ad hoc miser-  
imus, præsens erit, de iudicato autem tertius sibi, et  
nobis duo denarij cedent, et admisimus sibi in actu  
iudicandi existenti, in minutis causis que ad qua-  
tuor solidos se extendunt, penam parere cui volu-  
erit, vel gratiam facere de eadem, quod facere non po-  
terit, postquam de iudicio se movebit, et in denariis  
iuramenti, prout in Iuveni Wladislavia observatur,  
ius habebit. Item præfati incolæ nobis arare uno die  
ad æstivalia, et duobus diebus ad hyemalia tenebuntur.  
Præterea ad necessitates nostras, quotienscumque et  
quandocumque pro negotiis nostræ ecclesiæ ingre-  
rint, dicti incolæ, prout ius Magdeburgense requirit,  
tenebuntur nos iuvare, et nobis debita servitia exhibere.  
In cuius rei testimonium presentes nostro et  
nostri capituli sigillis durissimè roborandas. Actum  
et datum apud Raczansz anno Domini millesim-  
o trecentesimo decimo septimo, in crastino omni-  
um Sanctorum. Presentibus honorabilibus et discre-  
tis viris dominis, Stanislawo præposito, Mathia decano,  
Alberto scolastico, Theodorico custode Wladisla-  
viensibus, Michaeli præposito, Stanislawo decano, Bo-  
dratha archidiacono Cracoviensibus, et aliis quam-  
plurimis fide dignis nostræ curiæ capellanis.